

cedere videantur, relictos sicco tramite quo transeant. Exactis diebus duodecim, dissipatur rursus agmen & ad se quisque deposita Lupi & resumpta Hominis specie revertitur. Haec tenus Majolus.

§. 15. Huic mirum ex Delrio addere placet Exemplum, cuius prolixitatem condiet legendi jucunditas. In pago, dicit, quodam occidua Flandria haut procul à Dixmudâ contigit, quod Rusticus quidam una cum filio adolescenti in Symposium potitans, obseruat, coquam Mensuras Cerevisiae, quam propinabat, bisulcâ notare crebat. Dissimulat interea, compotatione autem solutâ Hospitam vocat, ut calculum expensi dicat. Petit ista, quantum notarbat creta, negat ille, & multis ultro citroque iactis, quam sciebat sufficere pecuniam, in mensam proiecit & discedit. Stomachabunda hac, tu vero, ait, non ita hodie hinc petes domum, vel non ego, quae sum. Abit contemptens mulierculaminas. ubi pervenit ad flumen, in quo cymbam reliquerat, nequit unâ cum filio robore admodum valente, quantas etiam admoveat vires, eam contisâ ripâ depellere, clavis affixam in uido solo putas: Accidit forte, ut tres quatuor Milites illâc transirent, quos ille, Contubernales, compellat, adeste suppetitis, l'intrem hunc ubi de ripâ nobis cum deduxeritis, opera hostimentum bibale largum pendam. Promisis moti hi ingrediuntur, diu intenderant omnes nervos, cum anhelus ex illis unus & sudans, quin sarcinas omnes efferimus, ait, oneraque, forte vacuam commodius deduxerimus? Dictum factum. Ecce vero tibi expositis omnibus, in sentinâ ingentem bufonem scintillantibus oculis! Hunc audax unus, ut solet esse hoc Hominum genus, collo tenus transfigit, inque aquam ejicit. Exanimi quasi, supinoque fluitanti ceteri vulnera in ventre infligunt alia. Mox navis solvitur. Rusticus Auxiliatoribus, quod promiserat, prestitus, redit cum ipsis ad idem illud, unde discesserat ante, Symposium, potum poscit, quem ancilla præbet

C 2

qua